Ei loco praesidioque Gaium Volcatium Tullum adulescentem praefecit.

4 [Ipse,

cum maturescere frumenta inciperent,

ad bellum Ambiorigis profectus] per Arduennam silvam,

quae est totius Galliae maxima

atque ab ripis Rheni finibusque Treverorum ad Nervios pertinet

milibusque amplius quingentis in longitudinem patet,

Lucium Minucium Basilum cum omni equitatu praemittit,

si quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere possit;

5 monet,

ut (ignes in castris fieri) prohibeat,

ne qua eius adventus procul significatio fiat:

(sese confestim subsequi)

dicit.